

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Amerigo Vespucci

**Epistola Albericij: De nouo mundo.**

[Rostock]: [Hermann Barckhusen], [1505]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1666749583>

Druck    Freier  Zugang



*Albericii*  
*epistola*  
*de*  
*novo Mundo*  
*circa*  
*(1505°)*



*t. ante 1500*  
Epistola Alberichij  
De novo mundo.

*Uspnity*

EA·ZALVSKI



Perimimus undamq; Sanctangelius, Regumq; eorumq; fratre  
Colaculo, amicisq; suis invenerunt septem dicas, hucus nubila circumferre  
venient ab 1521. postea Grandmies et bellum velut q; famis  
nebulae adorat. Sed tantum haec famis tunc cetera in Asia  
et Indijs anni 1522 venit ut famina. Et quia famili  
et geminas greci invaduntq; fratremq; q; impetrat q; uas  
neque uicibus locutus aperte iisse. Ceterum uero  
dicitur q; Indijs etiam etiamq; tunc agmina non  
perturbant peregrinorum attributis.

In quinque bellumq; nisi uita modo 10 modi 20 ducas 6  
tunc uita 20 ducatis uerba de cunctis

# Cahundus nouus

Albericus Vesputius laurentio petri  
de medicis Salutem plurimam dicit

Aperioribus diebus satis ample tibi scripsi de reditu meo ab nouis illis regionibus. quas et classe. et impensis. et mādato istius serenissimi portugalie regis p̄ qui sumus. et inuenimus quasq; nouū mūdū appellare licet Quādo apud maiores n̄os nulla de ip̄is fuerit habita cognitio et audiētib; omnibus sit nouissima res Etenī hec opinionem n̄o p̄ antiquo p̄ excedit; cū illo p̄ maior pars dicat vltra lineā equinoctiale et versus meridiem nō esse cōtinentem. sed mare tantū quod atlanticū vocauere. et si qui earū continentem ibi esse affirmauerunt. eā esse terrā habitabilem multis rationibus negauerunt Sed hāc eorum opinione esse falsam. et veritati omnino cōtrariā hec mea vltima nauigatio declarauit. cum in partibus illis meridianis continentem inuenierim frequētiorib; popul. et animalib; habitatā. quā nostram europā seu aziam vel affricā et insuper aerem magis temperatū et amenū. quā in quanis alia regione a nobis cognita p̄t inferius intelliges vbi succincte tantum rerum capita scribemus. et res digniores annotatione et memoria que a me vel a vise vel audite in hoc novo mundo fuere

(vt infra patebit)

Prospéro cursu quartadecima mensis maij millesimo quingentesimo p̄mo recessim⁹ ab olisipo mandante prefato rege cum tribus nauibus ad inquireendas nouas regiones versus austrum Aeginti mensibus continenter nauigauimus ad meridiem Luius nauigatiōis ordo talis est Nauigatio nostra fuit p̄ insulas fortunatas sic olim dictas. Nunc autem appellatur insule magne cauarie que sunt in tercio climate et in confini bus habitati occidentis Unde p̄ oceanum totum littus africum et partem Ethiopici percurrimus vsq; ad promontorii ethiopum sic a ptolomeo dictum quod nūc a n̄ris appellatur caput viride et ab ethiopicis geseghice Et regio illa mandinga gradibus 4. intra torridam zonam a linea equinoctiali versus septentrionē. que a nigris gentib; et populis habitatur Ibi resumptis virib; et necessarijs nostre nauigationi extulimus anchoras. expandimus vela ventis et nostrum iter per vastissimū oceanum dirigentes versus antarticum parumper per occidētem infleximus per vētū qui vulturinus dicuntur. et a die qua recessimus a dicto promontorio diuī mensum et trium dierū spacio nauigauimus antequā vlla terra nobis appareret In ea autē maris vastitate quid passi fuerimus. que naufragij pericula et que corporis incōmoda sustinuerimus quibusq; aurietatibus animi laborauimus existimationi eorum relinquimus qui multarum rerū experientia optime norunt quid sit incerta querere et que an si sint ignorantes inuestigare. et vt uno verbo vniuersa perstringā scies quod ex diebus sexaginta septē quibus nauigauimus continuos quadraginta quatuor habuimus cum pluia tonitruis et coruscationib; ita obscuros vt neq; solem in die neq; serenum celum in nocte vnq; vide remus Quo factum est vt tantus in nobis incesserit timor quod pene iam omnē vite spem abieceramus In h̄js autem tot tantisq; procellis maris. et celi placuit altissimo nobis coram monstrare cōtinentem. et nouas regiones ignotumq; mundum Quibus visis tanto perfusi fuimus gaudio. quantum quisq; cogitare potest solere h̄js accidere qui ex varijs calamitatibus et aduersa fortuna salutē cōsecuti sunt. die autem septima augusti Milesimo quingentesimoprimo in īparum regionum littoribus submisimus anchoras gracias agentes deo nostro solemnē supplicatiōe atq; vnius misse cantu cum celebritate ibi eam terrā cognouimus nō insulam sed continentem esse quia et longissimis producitur littoribus non ambigentibus eam. et infinitis habitatoribus repleta ē.

2019.01738



SON B 2

lata nos dei clementia circumdat. quanto tuis regionibus applicuimus. nam ligna defecerant et aqua. paucisq diebus in mari vitā pferre poteramus. Ipsi honor et gloria et graciā actio.

**C**onsilium cepimus nauigādi scđm huius cōtinentis littus versus orientem. nunq illius aspectū relicturi. Dux illud tam diu percurrimus qđ peruenimus ad vñ angulū vbi littus versuram faciebat ad meridiē: et ab eo loco vbi p̄mū terrā attigimus vsq ad hunc angulum fuerunt circa trecente leuce. In huius nauigatiōis spacio pluries descendimus in terram. et amicabiliter cum ea gēte conuersati fuimus vt infra audies. Oblitus fueram tibi scribere quod a promōtorio capitis viridis vsq ad principiū illius continentis sunt circa septingente leuce: quāuis existimem nos nauigasse plus quam. Dille octingentas partum ignorancia locorum: et naucleri partum tempestatibus et ventis impediētibus nostrū rectū iter. et impellētibus ad frequētes versuras. Quod si ad me sociū animū non adiecissent. cui nota erat Cosmographia. Nullus erat nauclerus seu dux navigationis. qui ad quingentas leucas nosceret vbi essemus. Eramus enim vagi et errantes. et instrumēta tantūmodo altitudinū corporum celestī nobis adamussim veritatem ostenderunt et h̄j fuere quadrans et astrolabiū. vt omnes cognouere. hinc deinceps me multo sunt honore psecuti. Ostēdi em̄ eis quod sine cognitione marine carte nauigādi disciplina magis callebā quā omnes naucleri totius orbis. Nā h̄j nullam habent noticiam nisi eorū locoꝝ que sepe nauigauerunt. Abi autem dictus angulus terre monstrauit nobis versurā littoris ad meridiem cōuenimus illud preter nauigare et inquirere quid in illis regionibus esset. Nauigauimus autē secundū littus circa sexcētas leucas et sepe descendimus in terrā et colloquiebamur et cōuersabamur cū ea rum regionum colonis et ab eis fraterne recipiebamur et secū quandoq morabamur. Quīdecim vel viginti dies cōtinuos amicabiliter et hospitabiliter vt inferius intelliges. Nōne istius cōtinentis pars est in torrida zona vltra lineā equinoctiale versus polum antarticū. Nā eius principium incipit in octauo gradu vltra ipsam lineā equinocialem. Secundum hoc littus tam diu nauigauimus: quod pretergresso capricorni Tropico inuenimus polū antarticū cum illo eorum orizonte altiore. Quinquaginta gradibꝫ. Sunt inveniuntur prope ipsius antartici circulum ad gradus decem et septem semis et quid ibi viderim et cognouerim de natura illarū gencium. deqz earum moribꝫ et tractabilitate. de fertilitate terre. de salubritate aeris. de dispositione celi. corporibꝫ celestibꝫ et maxime de stellis fixis octauae spere nūquam a majoribꝫ nostris visis aut tractatis deinceps narrabo.

**P**rimū igitur quo ad gentes tantam in illis regionibus gentis multitūdine inuenimus quantam nemo dinūmerare poterat (vt legitur in apocalipsi) gentem deo mitem atq tractabile. Omnes vtriusq sexus incedunt nudi nullam corporis partem operiētes. et vt ex ventre matris perdeūt: sic vsq ad mortem vadunt. Corpora enim habent magna. quadrata. bene disposita ac proportionata et colore declinacia ad rubedinem. Quod eis accidere puto quia nudi incedentes tingātur a sole. habent et comā amplā et nigrā. Sunt incessu et ludis agiles et liberali atq venusta facie quam tamen ipsi met sibi destrūt. perforāt em̄ sibi genas et labra et nares et aures. Neqz credas foramina illa esse parua aut quod vñ tantū habeant. Vidi enim nōnullos habētes in sola facie septē foramina quoꝝ quodlibꝫ capax erat vniꝫ primi. obturāt sibi hec foramina cum petris ceruleis. marmoreis cristallinis et ex alabastro pulcherrimis. et cū ossibus.

a ii

350 miliaria  
germanica  
distat Ameria  
a sagito vīvī  
monstruosa. At  
ottavo gradū  
vltra lineā reg  
nostralem


Habitatores  
nudi  
nudissimi

Tarros orna  
tūr gencium  
sunt foramina  
perforata

et in labris septem petras. Quarum nonnullae sunt longitudinis pauci iemis non  
ratione esse. Sepe etenim consideravi et iudicavi septem tales petras esse ponderis vni-  
ciarum sexdecim preter quod in singulis auribus trino foramine perforatis tenent alias  
petras pendentes in anulis et hic mos solus est virorum. Nam mulieres non perforant  
sibi faciem: sed aures tantum. Alius mos est apud eos satis enormis et preter omnem  
humanam crudelitatem. Nam mulieres eorum cum sint libidinose faciunt intumescere  
maritorum inguina in tantam crassitudinem: ut deformia videantur et turpia: et hoc quo-  
dam earum artificio: et mordicatione quorundam animalium venenosorum et huius rei  
causa multi eorum amittunt inguina que illis ob defectum cure fracescunt: et restant  
eunuchi. Non habent pannos: neque lanceos: neque lineos: neque bombicinos quia nec eis  
indigent nec habent bona propria: sed omnia communia sunt: viuunt simul sine rege: sine  
imperio: et unusquisque sibi dominus est. Tot uxores ducunt quot volunt: et filii eis  
cum matre: et frater cum sorore: et primus cum prima: et obuius cum sibi obvia. Quoties  
volut matrimonia dirimunt: et in his nullum seruant ordinem. Preterea nulli habent  
templum: et nullam tenent legem: et sunt idolatre. Quid ultra dicam: viuunt secundum na-  
turam: et excursi potius possunt: quam stoici. Non sunt inter eos mercatores: ne-  
que commercia rerum: populi inter se bella gerunt: sine arte: sine ordine. Seniores suis  
quibusdam concionibus iuvenes flectunt ad id quod volunt: et ad bella incendunt in quibus  
crudeliter se mutuo interficiunt: et quos ex bello captiuos ducunt non eorum vite: sed  
sui victimi causa occidetos seruant: nam alii alios: et victores victos comedunt: et inter car-  
nes humanas est eis cois in cibis. Huius autem rei cercior sis: quia iam visum est patrem  
comedisse filios et uxores: et ego hominem noui: quem et allocutus sum: qui plus quam  
ex trecentis humanis corporibus edisse vulgabatur. Et ita steti diebus vigintiseptem  
in urbe quadam: ubi vidi per domos humanam carnem salsam: contignationibus suspen-  
sam: ut apud nos moris est lardum suspendere et carnem suillam. Plus dico: ipsi admis-  
tantur cur nos non comedimus inimicos nostros et eorum carne non utimur in cibis: quia  
dicunt esse saporis simili. Eorum arma sunt arcus et sagitte: et quando proferant ad bel-  
la nullam (sui tutadi gracia) corporis partem operiunt adeo sunt et in hoc bestiarum similes.  
Mos quantum deo potuimus conati sumus eis dissuadere: et ab his prauis moribus di-  
monere: qui et se eos dimiseros nobis promiserunt. Mulieres (ut dixi) et si nude ince-  
dant et libidinosissime sint earum tamen corpora habent satis formosa et munda: neque  
tam turpes sunt: quantu quis forsan existimare posset. Quia (quoniam carnose sunt)  
minus appetit earum turpitude: que scilicet pro maiori parte a bona corporature qualis-  
tate operta est. Virum nobis visum est inter eas nulla videbatur: que haberet ubera  
caduca: et que parturierant veteri forma et contractura nihil distinguebantur a virginibus:  
et in reliquis corporum partibus similia videbantur que propter honestatem con-  
sulto pretero. Quando se propianis iungere poterant nimia libidine pulse omnem pudici-  
ciam contaminabant. Viuunt annis centum quinquaginta raro egrotant: et si quia  
aduersam valitudinem incurrint. seipso cum quibusdam herbarum radicibus sanant.  
Hec sunt que notabiliora apud illos cognoui. Ver ibi valde temporatus: et bonus: et ut  
ex relatione illorum cognoscere potui. nunc ibi pestis: aut egrotatio aliqua: que a cor-  
rupto prodeat aere: et nisi morte violenta moriantur longa vita viuunt: credo quia ibi  
semper plant venti australes: et maxime quem nos Eurum vocamus. qui talis est illis  
qualis nobis est aquilo. Sunt studiosi piscature: et illud mare piscesum est: et omni ge-  
nere piscium eupiosum. Non sunt venatores. quia cum ibi sint multa animalium  
filiorum generis: et maxime leonum et ursorum. Et innumerabilium serpentum.

Lorantes  
v. 45 i  
S. et fratres tuos

Regionum illarum terra valde fertilis est et amena: Multisq; collibus: et montibus et infinitis vallibus: atq; maximis fluminibus abundans et salubribus fontibus irrigua et latissimis silvis et densis. virg; penetrabilibus omniq; ferarum genere plenis copiosa Arbores maxime ibi sine cultore pueniunt. Quarum multe fructus faciunt gustui delectabiles. et humanis corporibus utiles. nonnullae vero contra. et nulli fructu ibi hys nris sunt similes. Signatur et ibi innumerabilia genera herbaru et radicum: ex quibus panem conficiunt: et optima pulmentaria. habent et multa semina hys nostris omnino dissimilia Nulla ibi metallarum genera habentur preter auri cuius regiones ille exp̄erant. licet nichil ex eo nobiscum attulerimus in hac prima nostra nauigatione. Id nobis notum fecere incole qui affirmabant in mediterraneis magnam esse auri copiam et nichil ab eis extimari. vel in precio haberet. Abundant margaritis. ut alias tibi scripsi. Si singula que ibi sunt cōmemorarer. et de numeros animalium generibus eorumq; multitudine scribere velle: res esset omnino prolixa et immensa. Et certe eredo q; pli nius noster millesimam partem non attigerit generis Piscatorum. reclinarum aut necnon et animalium que in hysdem regionibus sunt. cum tanta facierum atq; colorum diuersitate. qd consumate picture artifex Pollicenus in pingendis illis deficeret. Omnes arbores ibi sunt odoratae. et singule ex se ginnum vel oleum vel liquorem aliquem emittunt. Quo p; proprietates si nobis note essent no dubito quin humanis corporibus saluti forent. Quarum situs (ut dixi) est ad meridiem in tanta aeris temperie quod ibi neq; hyemes gelide. neq; estates feruide unq; habentur. Celum et aera maxima parte anni serena sunt. et crassis vaporibus inania pluviae ibi minutum decidunt. et tribus vel quattuor horis durant. atq; ad instar nimbi evanescent. Celum speciosissimis signis et figuris ornatum est. in quo annotaui stellas circiter viginti tante claritatis quante aliquando vidimus venerem et Iouem. harum et motus. et circuitiones considerauit earumq; peripherias et diametros geometricis methodis dimensus fui. easq; maioris magnitudinis esse deprehēdi. Tidi in eo celo tres canopos duos quidem claros tertium obsecrum polus antarticus non est cum ursa maiore et minore. ut hic noster videtur artificus nec iuxta eum cōspicitur aliqua clara stella. et ex hys que circum eum breviore circuitu feruntur tres sunt habentes Trigoni. Orthogoni. Schema Quarum dimidia peripherie diametrus. gradus habet nouem semis. Cum hys orientibus a leua conspiciuntur unus canopus albus eximie magnitudinis. que cum ad medium celum perueniunt hanc habent figuram.



Nost has veniunt alie due quas p; dimidia peripherie diametrus qdus hz duodecim semis. et cū eis conspicit aliis Canopus albus. hys succedit alie sex stelle formosissime et clarissime int oēs alias octane Sphere. qd in firmamentū superficie dimidiā hnt peripherie diametrū qduū tringinta duo p; cū hys puolat unus Canop⁹ niger īmense magnitudinis cōspicuum in via lactea. et hmoī figurā hnt qn sunt in meridionali linea.

Common dano  
Andreas

Ex radib; grani  
confiōn.  
Nulla fabror  
metalla p; hor  
organis  
Margarit abu

Celum s; fasciis  
Signis ornatis




**M**ultas alias stellas pulcherrimas cognoui quaꝝ motus diligēter annotani. et pulcherrime in quodā meo libello graphice descripsi in hac mea nauigatiōe. Hūc aut̄ in p̄sencia ꝑ tenet hic serenissimus rex. quē michi restitutū spero. In illo emisperio vidi res phōrum ratiōibus nō cōsidentes. Iris alba circa mediā noctē bis visa est nō solum a me sed etiā ab omnibus nautis. Similiter pluries nouā lunā vidiūnus eo die quo soli cōiungebatur. singulis noctibus in illa celi parte discurrūt innumeri vapores. et ardētes faces Dīxi pauloante in illo emisperio quod tamē ꝓ p̄rie loquēdo nō est ad plenū hē misperium respectu nostri. q̄r tñ accedit ad h̄mōi formā sic illud appellare licuit

**E**gitur vt̄ dixi ab olissippo vnde digressi sumus quod ab linea equinoctiali distat gra-  
dibus trigintanouē semis nauigauimus vltra linea equinoctiale p̄ quinquaginta grad⁹  
qui simul iuncti efficiunt gradus circiter nonaginta. que summa cum quartā partem  
obtineat summi circuli scđm veram mēsure rationē ab antiquis nobis traditam. mani-  
festum est nos nauigasse quartā mundi partem. Et hac ratione nos olisippum habitā-  
tes circa linea equinoctiale gradu trigesimono semis in latitudine septentrionali  
sumus ad illos qui gradu quingentesimo habitāt vltra eandem linea in meridionali la-  
titudine angulariter gradus quinqz in linea transuersali. et vt̄ clarius intelligas. Per  
pendicularis linea quā dū recti stamus a punto celi imminēte vertici nostro depēdet  
in caput nostrū: illis dependet in latus. et in costas. Quo fit vt̄ nos simus in linea recta  
ipsi vero in linea transuersa. et species fiat trianguli ortogoni. cuius vicem linee tenet  
mus cathete. ipsi autē basis et hipotenusa a nostro ad illorū ptenditur verticē vt̄ in fi-  
gura patet. Et hec de cosmographia dicta sufficient

**N**ec fuerūt notabiliora q̄ videri in hac mea vltia nauigatiōe. quā appello diē terciū. nā  
alij duo dies fuerūt due alie nauigatiōes quas ex mādato serenissimi hispaniarū regis  
feci versus occidentē in quibus annotauī mirāda ab illo sublimi omnium creatore deo  
nostro pfecta: rerū notabilū diariū feci. vt̄ si quādo mihi ocium dabitur possim omnia  
hec singularia atqz mirabilia colligere. et vel ḡographie vel cosinographie librum cō-  
scribere vt̄ mei recordatio apud posteros viuat. et omnipotētis dei cognoscatur tam in  
mēsum artificiū in parte p̄scis ignotum nobis autē cognitū. O ro itaqz ciemētissimum  
deū q̄ mihi dies vite proroget vt̄ cum sua bona gracia atqz anime salute huius mee vo-  
luntatis optimā dispositiōz pficere possim. Alios duos dies in sanctuarīs meis seruo.  
et restituēte mihi hūc serenissimo rege diem terciū patriā et quietē repetere conabor  
q̄bi et cū peritis cōferre et ab amicis id opus pficiēdū cōfortari et adiuuati valeam

**A**te veniā posco si vltimam hāc meā nauigationē seu potius vltimū diem tibi non  
trāsimisi vt̄ postremis meis līris tibi pollicitus fuerā. Lausam nosti quādo nec dū ab h̄  
serenissimo rege archetipū habere potui. Necū cogito ad huc efficere quartū diem et  
hoc ptracto et iam mihi diuarū nauī cū suis armamētis pmissio facta est vt̄ ad p̄quirē-  
dos nouas regiones versus meridiē a laterc oriētis me accingā p̄ vētū q̄ affric⁹ dicitur  
in q̄ die mīta cogito efficere in dei laudē ⁊ hui⁹ regni vtilitatē ⁊ senectut⁹ mee. honore  
et nichil aliud expecto nisi hui⁹ serenissimi regis cōsensū de⁹ id pmittat qd melius est.  
(qd autem siet intelliges)

Opere ita uita in latuua lingua locundus interpres hanc epistolam verum vi latini omnes  
intelligant quā multa miranda indies reperiātur et eoꝝ cōprimatur audacia qui celū  
et maiestatē eius scrutari et plus sapere quā liceat sapere volunt quādo a tanto tempo  
re·quo mundus cepit ignota sit vastitas terre et que contineantur in ea



Anno post natum CHRISTVM 1521 XXX Maij  
Ferdinandus Cōrōnus frēdūs Caroli V Cōsarcis  
missus in Indiam cum dafse obſedis Cūmīai vel  
Gangābitam vel Cūntatem regi, celeberrimū imperiū  
Asia orientalis. Venitq; etiam praeferendū.  
e expugnauit XII Auguſti cum obſedis durataſt dīc 75  
Sita est in medio latus. In Cūmīi Habet pantes 1260  
Longitudē 226 graduum m. o. Latitudo 25 grad. Min. 15

a Bartholomeo quidem mente paucilū aliena Cum experientia aut recentior p. Cosmographorū. et narratōne supius  
pmissa facile quadrās: haud sine causa hūic operi ē subiecta In qua nō modo Em opam et Essem verum etiam  
Africam ipsaz secundū eius continentēz quousq; le in gradib; et longitudinalib; et latitudinalib; p̄tendst haud dif-  
ficer absq; tñ diuersarū Insularum annotatione ppter tabule exiguitatez conspicer e licet: vt non solum legere  
sed et coraz quinvis videre possit miranda et a mundi pncipio usq; modo omnib; philosophis in cōperta dei epistio







a Ptholomeo quidē mente paulūli aliena Cum expientia sūt recentiorꝝ Cosmographorū, et narratōne sup̄ illis p̄missa facile quadras: haud sine causa h̄uic operi ē subiecta In qua nō modo Ein opam et Esiam verum etiam Africam ip̄sz secundū eius continenteꝝ c̄uouſq; te in gradib; et longitudinalib; et latitudinalib; p̄tendat h̄anc difſiciliter absq; tñ diuersarū Insularum annotatione ppter tabule exigitateꝝ conspicere elicit: vt non solum legere sed et coraz quinque videre possit miranda et a mundi pncipio usq; modo omnib; philosophis in cōperta dei ep̄istio



Johannes Steffani s. d. anno  
Primum mense dicitur anno

